reatus ſui ad terram conſternitur:cū caro quā vitā ſuam
credidit:redire ad puluerem vrgetur. Tunc in morte filij
illius cadūt:cū cogitatiões illicite quemō ex illa prodeūt
in extrema vite vltione diſſipantur :que etiā cogitatiões
per lapides ſignificari valent. Peruerſa enim mens cuꝫ
peruerſe cogitationi peruerſionem adijcit:quaſi lapideꝫ
ſupra lapidem ponit.ſed cū ad vltionem ſua anima duci
tur:oīs cogitationū conſtructio diſſipatur. Prauam autē
animā deus aſſidue viſitat precepto: aliquando flagello
aliquando autē miraculo:vt vera que neſciebat audiat:⁊
ea cōtēnens a dolore cōpuncta redeat: aut beneficijs de
uicta malū quod fecit erubeſcat. Sed qꝛ viſitationis ſue
tēpus nō cognoſcit in extremo vite tradit̃ ſuis inimicis.

¶ Et ingreſſus i tēplū cepit eijcere vendentes i
illo ⁊ emētes:dicēs illis: Scriptū ē:qꝛ dom⁹ mea
domus oratiōis ē. Uos aūt feciſtis eam ſpelūcā
latronū. Et erat docens quotidie in tēplo. Prin-
cipes aūt ſacerdotum ⁊ ſcribe ⁊ principes plebis
querebant illum perdere:⁊ nō iueniebant quid fa
cerent illi. Omnis enim populus ſuſpenſus erat
audiens illum.

¶ GRE. in ho. Qui narrauerat mala vētura ,ptinus tem-
plū ingreſſus ē:vt de illo vēdētes ⁊ ementes eijceret:oſtē-
dens q ruina populi maxime ex culpa ſacerdotū fuit. vñ
dicitur: Et ingreſ. in tem. cepit eijcere ven. in illo ⁊ emen-
tes. AM. Deus enim templū ſuū nō mercatoris vult eſ
ſe diuerſoriū:ſed domiciliū ſanctitatis nec vendibili reli
gionis officio:ſed obſequio gratuito vſum miniſterij ſa-
cerdotalis informat. CIRYL. Erat aūt in tēplo multi-
tudo mercatorū qui vendebant animalia ritu legis ma-
ctanda in hoſtijs:ſed iā aderat tēpus deſinendi vmbram
refulgendi vero chriſti veritatē. ob hoc chriſtus qui cum
patre ſimul colebatur in templo:iuſſit ritus corrigi legis:
fieri vero tēplum orationis domū. vñ ſubditur: Dicens
illis: Scriptū ē:qꝛ domus mea domus orationis ē: vos
autē feciſtis eam ſpeluncam latronum. GRE. Qui eniꝫ
ad accipienda munera in tēplo reſidebant: qꝛ quibuſdaꝫ
non dantibus leſiones exquirerent:dubium non erat.
THEO. Hoc etiam dominus fecit in principio predi-
cationis ſue:vt narrat ioānes:⁊ nunc iterū illud fecit: qꝛ
ad maius crimē iudeorū redundat:qui nō fuerunt ex po
ri admonitione caſtigati. AVG. de que. euan. Myſtice
autē tēplum ipſum hominem chriſtum intelligas:vel etiā
adiuncto corpore eius q ē eccleſia. ſcōm autē id quod ē
caput eccleſie dictum ē: Soluite templū hoc:⁊ triduo ſu-
ſcitabo illud. ſcōm id vero q eſt adiuncta eccleſia intelli-
gitur templū de quo videtur dixiſſe: Auferte iſta hinc. ſi
gnificauit enim futuros in eccleſia:qui ſua negocia poti⁹
agerent:vel receptacula ibi haberent ad occultanda ſce-
lera ſua:q̄ vt charitatē chriſti ſequerentur:⁊ peccatoruꝫ
confeſſione accepta venia corrigerentur. GRE. in hom.
Redemptor vero noſter predicationis verba nec idignis
nec ingratis ſubtrahit. vnde poſtq̄ rigorem diſcipline eij
ciendo peruerſos tenuit. donum his gratie oſtendit. nam
ſubditur: Et erat docens quotidie in templo. CIRYL.
Decebat autem ex his que chriſtus dixerat ⁊ fecerat: eū
adorare vt deum. ſed ipſi neqnaq̄ hoc facientes: quere-
bant eum occidere. Sequit̃ enim: Principes autē ſacer. ⁊
ſcribe ⁊ principes plebis quere. illū pdere. BEDA. Uel
qꝛ quotidie docebat in tēplo:vel quia latrones eiecerat
de templo:vel quia veniens illuc q̄ſi rex ⁊ domin⁹ a cre-
dentiū turba laudem hymni celeſtis accepit. CIRYL.
Sed populus grauiorē eſtimationē accepit de chriſto q̄
ſcribe ⁊ pharíſei ⁊ principes iudeorū:q fidē chriſti nō ac
ceptantes alios increpabant. vnde ſequit̃: Et nō inuenie-
bant:qd facerent illi. Omnis eni populus ſuſpenſus erat
audiens illum. BEDA. Quod duobus modis intelligi
pōt:qꝛ vel timentes populi tumultum:⁊ non inueniebāt
quid facerent de ieſu quē perdere diſpoſuerant. vel ideo
ieſum perdere querebant:qa ſuo magiſterio neglecto plu
res ad eum audiendum confluere cernebant. GRE. in
ho. Myſtice autem ſicut templum dei in ciuitate ē: ita in
plebe fideli vita religioſorū. Et ſepe nōnulli religionis ha
bitū ſumunt:⁊ dū ſacrorū ordinum locū percipiunt:ſan-
cte religionis officiū i cōmerciū terrene negociatiōis tra-
hunt. Uendentes quippe in tēplo ſunt qui hoc quod qui
buſdam iure competit:ad premiū largiuntur. Juſticiam
enim vendere eſt hāc pro premij acceptiōe ſeruare. Emē-
tes vero in templo ſunt qui duꝫ hoc perſoluere proximo
quod iuſtū eſt nolunt:dūq rem iure debitam facere con-
temnūt:dato patronis premio emunt peccatum. ORI.
Siquis ergo vendit eijcietur:⁊ precipue ſi vendit colum
bas. Si enim ea que mihi a ſpirituſancto ſunt reuelata ⁊
credita:aut in vulgus precio vendidero:aut abſq merce
de non docuero:qd aliud facio niſi colūbā.i. ſpiritū ſan-
ctum vendo? AM. Generaliter itaq dominus docet ſe
culares a dei templo abeſſe debere contractus. Spirita-
liter autē nūmularios repulit: qui de pecunia domini.i.
ſcriptura diuina lucruꝫ querunt:nec bona malaq diſcer
nunt. GRE. in ho. Qui domum dei ſpeluncam latronū
faciunt:quia dum peruerſi homines locum religionis te-
nent:ibi malicie ſue gladijs occidunt vbi viuificare pxi-
mos oratiōis ſue interceſſione debuerunt: Templū quo
q eſt ipſa mens fidelium:que ſi in leſione proximi puer-
ſas cogitationes profert:quaſi in ſpelunca latrones reſi-
dent. Cum autē mentem fidelium ad cauēda mala ſubtili
ter erudit:quotidie veritas i tēplo docet. CA. XX.

ET factum ē:in vna dierum docente il
lo populū i tēplo ⁊ euangelizante cō
uenerunt principes ſacerdotuꝫ ⁊ ſcri
be cum ſenioribus:⁊ aiunt dicētes ad
illū. Dic nobis in qua ptāte hec facis.
Aut quis ē qui dedit tibi hanc ptāte? Reſpōdens
aūt ieſus dixit ad illos: Interrogabo vos ⁊ ego
vnum verbum. Reſpondete mihi: Baptiſm⁹ ioā
nis de celo erat:an ex hominibus? At illi cogita
bāt itra ſe dicētes. Quia ſi dixerimus de celo dicet
Quare ergo nō credidiſtis illi: Si aūt dixerimus
ex hominib⁹:plebs vniuerſa lapidabit nos. Cer
ti enim ſunt ioannē prophetā eē: Et reſpōderūt ſe
neſcire vnde eēt. Et ieſus ait illis. Neqꝫ ego dico
vobis i qua poteſtate hec facio.

¶ AVG. de con. euan. Cum memoraſſet lucas eiectos
de templo ementes ⁊ vendētes:pretermiſit quod exibat
in bethaniam:⁊ regrediebatur in ciuitatem:⁊ quid de fi-
culnea factuꝫ eſt:⁊ q mirantib⁹ diſcipulis de fidei virtute
reſponſū eſt. Atq his pretermiſſis: non quaſi ex ordine
dies proſequens ſicut marcus:intulit dicens. Et factum
eſt in vna dierum docente illo populum in tem. ⁊ euā. cō
ue. prin. ſacer. ⁊ ſcribe cum ſenio. Quod dicit factum in
vna dierum ea dies intelligitur:in qua id geſtum mathe
us ⁊ marcus retulerunt. EVSE. Cum autem principes
mirari deberent docentem celeſtia dogmata:⁊ cognoſce
re per dicta ⁊ facta hunc eſſe chriſtum quem prophete p-
cinerant:incūbentes ſubuerſioni populi chriſtum prohi-
bebāt. Sequitur enim: Et aiunt dicen. ad illū: Dic nobis in
q̄ pote. hec facis. Aut qs ē q dedit tibi hāc poteſtatē. CI
RIL. Quaſi dicāt: Scōꝫ legē moſaicā ſolis exorientib⁹
ex leuitico ſanguine data ē auctoritas docendi: necnon
ſacrorum atriorū poteſtas:at tu ortus ex iuda cōmiſſos
nob. fasces vſurpas. Sꝫ ſi nouiſſes o phariſee ſcripturas
recoleres q hic ē ſacerdos q ſm ordinē melchiſedech ſ-

fert deo in ſe credentes per cultū q̄ legē tráſcendit. Quid igitur anxiaris: eiectis ab atrijs ſacris q̄ opportuna videbantur legalibus victimis: eo vocante ad veram iuſtificationem per fidem. BEDA. Uel q̄ñ dicūt: In qua poteſtate hec facis: de dei dubitant poteſta e: ⁊ ſubintelligi volūt diaboli eē qđ facit. Addentes quoq;: Aut quis eſt qui dedit tibi hāc poteſtatē: manifeſtiſſime dei filiū negāt quē putāt nō ſuis: ſed alienis virib⁹ ſigna facere. Poterat aūt dñs aperta reſponſione tentatoꝝ calūniā confutare: ſed prudenter interrogat: vt ſuo ſilētio vel ſententia condēnent. Sequitur eniꝫ: Reſpondēs aūt dixit ad illos: Interrogabo ⁊ ego vos vnū verbū: reſpondete mihi. Baptiſm⁹ iohā. de celo erat: an ex homi: THEO. Ut enim oſtenderet eos ſemꝑ fuiſſe ſpūiſcō rebelles: ⁊ ne dū iſaie cui⁹ nō erat memoria: ſed nuper viſo ioāni credere noluerunt. Ob hoc verſa vice opponit eiſ hanc queſtionē: oſtēdens ꝙ ſi tanto ꝓphete ioanni qui apud eos maior videbatur minime crediderūt: ꝑhibēte teſtimoniū eius: qualiter ei crederent reſpondenti qua auctoritate hoc faceret. EVSE. Querit a. de ioanne baptiſta: nō vnde erat oriundus: ſed vnde legē ſuſcepiſſet baptiſmatis. CIRYL. Sed illi fugere veritatē nō horruerūt. Deus.n. miſit ioannē ſicut vocem clamātē: Parate viā domino. Timuerūt aūt dicere veritatē: ne diceret eis: Cur nō credidiſtis: ⁊ cauent reprehendere precurſorē: non metu diuino: ſed populi. vñ ſequitur: At illi cogi. intra ſe dicentes: Quia ſi dixerim⁹ de celo: dicet: Quare ergo nō credidiſtis ei. BEDA. q. d. Quē confitemini de celo habuiſſe prophetaꝫ mihi teſtimoniū perhibuit. Et ab illo audiſtis: in qua poteſtate hec faciam. Sequr: Si au. dixe. Ex hominibus: plebs vniuer. lapi. nos. Certi ſunt eniꝫ ioanē prophetam eē. viderūt ergo q̄ñlibet reſpondiſſent: in laqueū ſe caſuros timētes lapidationē: ſed magis veritatis confeſſionē vnde ſequit: Et reſpōderūt ſe neſcire vnde eēt. Quia ergo nolunt fateri hoc quod ſciun: repulſi ſunt: vt eis dominus non diceret quod ſciebat. vñ ſequit: Et ait illis ieſus: Neq; ego dico vobis in qua poteſtate hec facio. Ob duas enim cauſas maxime ſcientia veritatis eſt occultāda querentibus: cuꝫ ſ. is qui querit minus capax ē ad intelligēdū ea que querit: aut odio vel contēptu veritatis indign⁹ ē cui debeat aperiri quod querit.

❧ Cepit aūt dicere ad plebem parabolam hāc: Homo quidā plātauit vineam ⁊ locauit eam colonis: ⁊ ipſe peregre fuit multis tēporibus. Et i tēpore illo miſit ad cultores ſeruum: vt de fructu vinee darent illi: Qui ceſum dimiſerūt eū inanē. Et addidit alterū ſeruuꝫ mittere. Illi aūt hunc quoq; cedentes: ⁊ afficiētes contumelia: dimiſerūt inanē ⁊ addidit tertiū mittere: qui ⁊ illū vulnerātes eiecerunt. Dixit aūt dñs vinee: Quid faciam: Mittam filium meum dilectum: forſitan cum hunc viderint verebuntur. Quē cum vidiſſent coloni: cogitauerunt intra ſe dicētes: Hic ē heres. Occidamus illum: vt noſtra fiat hereditas. Et eiectū illuꝫ extra vineam occiderunt. Quid ergo faciat illis dominus vinee: Ueniet ⁊ perdet colonos iſtos ⁊ dabit vineam alijs. Quo audito dixerunt illi: Abſit. Ille aūt aſpiciens eos ait. Quid ē ergo hoc qđ ſcriptum eſt: lapidē queꝫ reprobauerunt edificantes hic factus eſt in caput anguli. Omnis qui ceciderit ſupra illum lapidem conquaſſabitur. ſupra quem autem ceciderit cōminuet illū.

❧ EVSE. Congregatis in vnū principib⁹ populi iudeorū in ipſo tēplo: ea que contra ipſū facturi erant ⁊ ſupuē turū eis exterminiū figurate parabolaꝫ protulit. Dicitur enim: Cepit autē dicere ad plebē parabolā hanc Hō plātauit vineā. AVG de cō. euā. Tacuit mat heus breuitatis cauſa qđ lucas nō tacet: ꝑabolā iſtā nō ad ſolos principes dictam q̄ de ꝑtāte interrogauerant: ſed ad plebem. AM. Pleriq; aūt varie ſignificationes de vinee appellatione deriuant: ſꝫ euidēter iſaias vineā dñi ſabaoth domuꝫ iſrael eē memorat. Hanc vineā qs alius niſi de⁹ condidit. BEDA. Homo ergo q̄ plantauit vineā ipſe ē qui iuxta aliaꝫ parabolā conduxit operarios in vineam ſuā. EVSE. Sed parabola quā iſaias dicit vineā reprehendit. Saluatoris vō parabola nō ē cōtra vineā dicta: ſed de cultorib⁹ vinee de quib⁹ ſubdit: Et locauit eā colonis .i. ſeniorib⁹ ꝑplī: ⁊ ꝑncipibus ſacerdotū: ⁊ doctoribus: ⁊ optimatib⁹ cūctis. THEO. Uel quilibet de populo eſt vinea. idē eſt ē cultor: quibet.n. noſtrū ſeiꝫ ſi colit. Hac igitur vinea cōmiſſa cultorib⁹: abijt .i. dimiſit illos ꝑgredi ſuo arbitrio. vñ ſeqtur: Et ipſe peregre fuit multis temporibus. AM. Nō q: ex loco ad locū ꝑfect⁹ ē dñs: q̄ vbiq; ſemꝑ pñs ē: ſed q: preſentior ē diligentib⁹: negligētibus abeſt. Multis aūt tēporibus abfuit: ne ꝑpera videretur exactio: nā quo indulgentior liberalitas: eo inexcuſabilior peruicacia. CIRYL. Uel deus abſentauit ſe a vinea pluriū annorū curriculis: q: poſtq̄ viſus ē in ſpecie ignis deſcendiſſe in monte ſyna: nō amplius viſibiliter prebuit eis ſuā preſentiā. Nulla tñ interpellatio contigit qua non mitteret deus prophetas ⁊ iuſtos cōmonētes: vñ ſequit: Et in tēpore vinde. miſit ad cultores ſeruū: vt de fructu vinee darent illi. THEO. Dicit aūt de fructu vinee: q: nō totū fructū: ſed aliqđ de fructu volebat accipere. Naꝫ quid lucratur deus a nobis niſi ſuā notitiam: que etiam ē noſtra vtilitas. BEDA. Bene aūt fructū poſuit nō ꝓuētū: nullus eniꝫ huius vinee prouentus inuentus eſt. Seruus ergo primus miſſus ē moyſes: qui ꝑ quadragita annos fructum aliquē legis quā dederat a cultoribus reqrebat: ſed vexatus ē propter eos: q: exacerbauerūt ſpiritū eius. vnde ſequitur: Qui ceſuꝫ dimiſerūt eum inanem. AM. Factū ē auē vt plures alios deſtinaret quos iudei inhonores ⁊ inanes ſibi de quibus nihil potuerunt proficere dimiſerunt. vnde ſequitur: Et addidit alterū ſeruuꝫ mittere. BEDA. Seru⁹ alter dauid ſignificatur: qui miſſus eſt vt poſt edicta legalia cultoreſ vinee pſalmodie modulamine ad exercitiū boni operis excitaret. Sꝫ ⁊ cōtra hūc dixerunt: Que nobis pars in dauid: aut q̄ hereditas in filio Iſai: vnde ſeqtur: Illi aūt hunc cedentes ⁊ afficiētes contumelia dimiſerunt inanem. Sed nec ſic deſtitit. ſequitur eniꝫ: Et addidit tertiū mittere. Per quē prophetarū chorū intellige: qui continuis atteſtationibus populū conuenerunt. Sed quē ꝓphetarū nō ſunt perſecuti: vnde ſequitur: Qui ⁊ illum vulnerantes eiecerūt. His autē tribus ſeruorum gradibus omniū ſub lege doctorum figuram poſſe cōprehendi: dominus alibi manifeſtat dicens Quoniam neceſſe eſt impleri oīa que ſcripta ſunt in lege moyſi ⁊ prophetis ⁊ pſalmis de me. THEO. Prophetis igitur talia mala paſſis filius deſtinatur. Sequitur.n. Dixit aūt dñs vinee: quid faciā. BEDA. Quod dñs vinee dubitatiue loquitur: non de ignorātia venit: quid.n. neſciat deus pater: ſed ambigere dicit: vt libera volūtas hominis ſeruat. CIRYL. Deliberat ēt ſecum dominus vinee qđ agat: non quaſi carens miniſtris. Sed quia pertractato quolibet ingenio ſalutis humane: populo vero nequaq̄ adiuto aliud maius adiungit. vnde conſequenter dicit: Mittam filium meuꝫ dile. forſitan cum hunc viderint verebuntur. THEO. Dixit autē hoc non tanq̄ ignorans ꝙ peius cum eſſent tractaturi q̄ ꝓphetas: ſꝫ qa oportebat filiū eis fieri reuerendū. Quod ſi contumaces fuerint occidendo: hoc cumulat eorum crimen. Ne ergo dicerent aliqui diuinam preſcientiā neceſſario fuiſſe: inobedientie cauſam: ideo ſic figurat ſermonē. AMBRO.

Filiū igitur vnigenitū ſibi miſſuʒ perfidi iudei quaſi here
dē remouere cupiētes: occiderūt crucifigendo: ⁊ eiecerūt
negādo. vñ ſequit᷑: Quē cū vidiſſent coloni: cogitauerūt
intra ſe dicentes: Hic eſt heres occida. euʒ: vt noſtra fiat
hereditas. Heres chriſtus ē: ideōqʒ teſtator. heres qꝛ mor
tis proprie ſuperuiuit: ⁊ teſtamētorū que ipſe contulit: tan
q̄ hereditaria in noſtris profectib᷒ emolumēta conſequit᷑.
BEDA. Manifeſtiſſime aūt dñs probat iudeorū princi
pes nō per ignorātiā: ſed per inuidentiā crucifixiſſe filiū
dei. Intellexerunt enim hūc eē cui dictū ē: Dabo tibi gen
tes hereditatē tuā. Sequitur: Et eiectū illū extra vineam
occiderunt. Quia ieſus vt ſanctificaret per ſuū ſanguinē
populū: extra portā paſſus eſt. THEO. Sed qꝛ ſuperi
us populū non hieruſalē loco vinee ſumpſimus: forſan
magis proprie dici poteſt: ꝙ occidit quidem eū populus
extra vineā. THEO. i. extra populi manus paſſus eſt
dñs: qꝛ. ſ. populus ei nō proprijs manib᷒ neceʒ intulit. ſʒ
tradens hunc pilato ⁊ gentib᷒. Quidā aūt per vineā ſcri
pturā intellexerunt: cui nō credentes dominū necauerūt
vñ extra vineā. i. extra ſcripturam dicit᷑ dñs paſſus. BE
DA. Siue eiect᷒ extra vineā ⁊ occiſus ē: qꝛ prius eſt ab
īfideliū corde repulſ᷒: ac deīde cruci addict᷒ ē. CHRY.
Diſpenſatiōis aūt nō negligentie ē poſt prophetas chri
ſtū veniſſe. Non. n. de᷒ oīa repente pſequit᷑: ſed condeſcē
dit ꝑpter ſui pietatē: qꝛ ſi poſt ſeruos veniētē filiū contē
pſerūt: multomagis nec antea eū audirent. Qui. n. nō au
diebant minora p̄cepta: quō audiuiſſēt maiora. AMB.
Pulchre aūt interrogat: vt ſua ſeipſi dānēt ſentētia. Seq
tur eni: Quid ergo faciet illis domin᷒ vinee. BASI. Hoc
aūt fit quaſi his q̄ dānātur nihil habentib᷒ opponere cui
dentie iuris. Propriū aūt ē diuine miſerationis nō infige
re penas ſilētio: ſed p̄dicere minis: reuocādo eos ad peni
tentiaʒ. vñ ⁊ hic ſequitur: veniet ⁊ perdet colonos iſtos:
⁊ dabit vineā alijs. AMB. Venturū dñʒ dicit vinee: ꝙ
in filio aſſit etiā paterna maieſtas: vel ꝙ vltimis tēporib᷒
preſentior humanis aſpiret affectib᷒. CIRYL. Excluſi
ſunt igit᷑ iudeoꝝ primates quaſi dñice volūtati repugnan
tes: ⁊ ſterilē reddentes vineā ſibi cōmiſſaʒ. Eſt aūt datus
cult᷒ vinee ſacerdotib᷒ noui teſtamēti. cū aūt virtutē enig
matis ſenſerūt: recuſant illud pati. vñ ſequit᷑: Quo audito
dixerunt illi: Abſit. Nec tamen euaſerūt ob ſui pertinaci
am ⁊ inobedientiā erga fidē chriſti. THEO. Aliter aūt
videt᷑ mattheus dicere: dñʒ. ſ. queſiuiſſe: Quid faciet illis
cultorib᷒ dñs vinee. iudeos vero reſpōdiſſe: Malos ma
le perdet. Nō ē aūt repugnātia: nā vtrūqʒ factū ē. primo
eniʒ ipſi ꝑmulgauerūt illā ſententiā: poſtea ſentientes quo
tēdebat parabola dixerunt. Abſit: vt lucas hic narrat.
AVG. de con. euā. Vel aliter. In illa de qua loquimur
turba erāt q̄ doloſe dñʒ interrogauerant: in qua poteſta
te faceret. Erant ēt qui nō doloſe ſed fideliter acclamaue
runt: Benedict᷒ qui venit in noīe dñi. ac per hoc erāt qui
dicerent: p̄det illos ⁊ vineā ſuā dabit alijs. Que vox re
cte etiā ipſius dñi fuiſſe intelligit᷑: ſiue propter veritatem:
ſiue ꝑpter mēbrorū eius cū ſuo capite vnitatē. Erant etiā
q̄ talia reſpondentibus dicerent: Abſit qꝛ intelligebant in
ſeipſos hanc parabolā dictā. Sequit᷑: Ille aūt aſpiciens
eos ait: Quid ē ergo hoc qđ ſcriptū ē: Lapidē quē repro
bauerunt edificantes: hic fact᷒ ē i caput āguli. BEDA.
q. d. quō iplebit hec prophetia: niſi qꝛ chriſtus a vobis
reprobat᷒ ⁊ occiſus: crediturꝭ ē gentib᷒ predicādus. vt
quaſi lapis angularis ex vtroqʒ populo vnū ſibi tēplum
edificet. EVSE. Lapis aūt dicit᷑ chriſtus ꝑpter terreſtre
corpus abſciſus ſine manib᷒ ſm viſionē danielis ꝑpter
ortū ex virgine. Lapis aūt non argenteus aut aureus: qꝛ
nō rex aliquis glorioſus: ſʒ hō hūilis ⁊ abiect᷒ ꝑpter qđ
edificantes eū reprobauerūt. THEO. Reprobauerūt
enim eū principes populi cū dixerūt: Hic a deo non eſt.
Ille vero tam vtilis fuit: tā electus: vt in capite anguli po
neretur. CIRYL. Angulo vero cōparat ſacra ſcriptura

cōcurſū vtriuſqʒ populi: iſraelitici. ſ. ⁊ gētilis in vnā fidē.
Cōpegit eniʒ ſaluator vtrūqʒ populū in vnū nouum ho
minē: concilians eos in vno corpe patri. Salubris ergo
ē lapis angulo facto ab eo. Detrimētū aūt infert iudeis
īpugnantib᷒ hunc ſpiritalē cōcurſuʒ. THEO. Duas aūt
condēnationes cōmemorat. vnā quidē aīarū ſuarū: quā
paſſi ſunt ſcandaliçati in chriſto. Et hoc tangit cum dicit.
Oīs q̄ ceciderit ſuper illū lapidē: conqſſabit᷑. Aliā vero
captiuitatis ⁊ exterminij: quā intulit eis lapis ab ipſis cō
tēptus. Et hoc tangit cū ſubdit: Supra quē aūt ipſe ceci
derit: cōminuet illū: vel ventilabit eū. Sic enim ventilati
ſunt iudei a iudea ꝑ vniuerſū orbē: vt ab area palee. Et at
tende ordinē: nā preābulū ē ſcelus i eū cōmiſſum: ſequit᷑
autē iuſta dei vindicta. BEDA. Vel aliter: Qui peccator
ē: ⁊ tñ illi credit. cadit quidē ſup lapideʒ: ⁊ conquaſſat: ref
uatur. n. per patientiā ad ſalutē. Supra quē vero ille ce
ciderit: hoc ē cui lapis ipſe irruerit: quia ipſum negauit:
cōminuet eum: vt nec teſta quidem remaneat: in qua hau
riat᷑ aque puſillum. Siue de his dicit᷑: ꝙ cadūt ſup eum:
qui illum modo contēnūt: ideo nondū penitus intereunt
ſed conquaſſant᷑: vt non recti ambulent. Super quos aūt
cadit: veniet illis deſuper in iudicio cū pena perditionis
ideo cōminuet eos: vt ſint tanq̄ puluis: quē proijcit ven
tus a facie terre. AM. Vinea etiā typus noſter eſt: agri
cola quippe omnipotens pater: vitis chriſt᷒: at vero nos
palmites. Recte vinea chriſti populus nominatur: vel ꝙ
crucis in fronte pretextatur indiciū: vel ꝙ fruct᷒ ex poſtre
ma anni legat᷑ etate: vel ꝙ omnib᷒ vt ordinibus vinearuʒ
ita pauperibus atqʒ diuitibus ſeruis ⁊ dominis in eccle
ſia equa dimēſio nulla diſcretio ſit. Et vt vitis maritatur
arboribus: ita corpus anime hanc vineā diligens agrico
la fodere ⁊ tondere conſueuit: ne luxuriet vmbra foliorū
verborūqʒ infructuoſa iactantia maturitatē indolis natu
ralis īpediat: decet totius orbis hic eſſe vindemiam: vbi
totius orbis eſt vinea. BEDA. Vel morali ītellectu cui
qʒ fidelium vinea quam excolat locatur: dū myſterium
baptiſmi quod exerceat ſibi cōmittitur. Mittitur ſeruus
vnuſ: alter: tertius: cū lex. pſalmodia: ⁊ prophetia legitur
Sed miſſus ſeruus contumelijs affectus vel ceſus dicit᷑
cuʒ ſermo auditus contēnitur vel blaſphematur. Miſſū
heredem quantū in ſe eſt occidit: qui filiū dei peccādo cō
culcat. p̄dito malo cultore: vinea datur alteri: cum dono
gratie quod ſuperbus ſpreuit: humilis ditatur.

Et querebant pricipes ſacerdotū: ⁊ ſcribe mit
tere i illū manus illa hora ⁊ timuerūt populum.
Cognouerūt eniʒ ꝙ ad ipſos dixerit ſimilitudinē
iſtam. Et obſeruātes miſerunt inſidiatores qui ſe
iuſtos ſimularent vt caperent eum in ſermone: ⁊
traderēt illum principatui: ⁊ poteſtati preſidis. Et
īterrogauerūt eum dicētes: Magiſter ſcimus: qꝛ
recte dicis ⁊ doces: ⁊ nō accipis perſonam homi
nis ſed viam dei in veritate doces. Licet nobis
tributum dare ceſari: an nō. Conſiderās auteʒ do
lum illorum dixit ad eos. Quid me tentatis. Oſte
dite mihi denarium: Cuius habet imagineʒ ⁊ ſu
perſcriptionē. Reſpondētes dixeruut: Ceſaris. Et
ait illis: Reddite ergo que ſunt ceſaris ceſari ⁊ q
ſunt dei deo: Et non potuerunt verbum eius re
prehēdere coram plebe: ⁊ mirati in reſpōſo eius
tacuerunt.

CIRYL. Decebat quidem principes iudeorum intel
ligentes ꝙ de ipſis parabola diceretur: a malo ſic diſce
dere: quaſi de futuris inſtructos: ſed hoc non conſiderā
tes: occaſionem ſuoꝝ colligunt crimīnū. vnde dicitur: Et
quere. princi. ſacer. ⁊ ſcribe mit. in illū man᷒ in illa hora.

Nec refrenauit

Nec refrenauit eos legis preceptū quod dicit: Innocen
tē ⁊ iuſtū nō occides:ſ; cōpeſcuit eoꝝ nefandū propo
ſitū plebis timor. Sequitur.n. Et timuerūt populū. Prefe
runt.n. diuine reuerentie humanū timorē. Que aūt hui⁹
prepoſiti fuerit occaſio ſubdit: Cognouerūt.n.ꝙ ad ipos
dixerit ſimilitudinē iſtā. BEDA. Et ita querēdo ipſum
occidere docebant vera eē: que i parabola dixerat. Ipſe
eni; eſt heres cui⁹ iniuſtā necē dicebant eē vindicandam
illi nequā coloni q̄ dei filiū querebāt occidere. Hoc etia;
quotidie gerit in eccleſia: cū quilibet ſolo nomine frater:
eā quā nō diligit eccleſiaſtice fidei ac pacis vnitatē ꝓpter
bonorū multitudinē: vel erubeſcit vel timet ipugnare. Et
q: principes querētes dn̄; cōprehēdere: qd̄ p ſe nō pote
rāt: preſidis manib⁹ efficere tentabant. vn̄ ſequit: Et obſ
uantes miſe. inſidia. q̄ ſe iuſtos ſimularent. CIRYL. Ui
debantur.n. eē leues. erāt aūt graues: obliti dei dicentis:
Quis hic q̄ mihi abſcondit conſiliū: Adeūt.n. chriſtum
diu; ſaluatorē q̄ſi hoi; cōe;. vn̄ ſeqtur: Ut caperēt eum
in ſer. ⁊ traderēt eū principatui ⁊ pote. p̄ſidis. THEO.
Parauerūt aūt dn̄o laqueos: illaqueati ſunt tamen in eis
pedes eorū. Audi nāq; aſtutiā: Et interrogauerūt illū di
centes: Magiſter ſcim⁹ q: recte dicis ⁊ doces. BEDA.
Blanda ⁊ fraudulenta interrogatio illuc prouocat reſpō
dentē vt magis deū ꝙ ceſarē timeat. Sequit eni;: Et non
accipis perſonā hois: ſed in veritate viam dei doces. Et
hoc dicunt ad hoc: vt dicat nō debere tributa ſolui: vt ſta
ti; audientes miniſtri preſidis qui iuxta alios euangeli
ſtas affuiſſe leguntur: ſeditionis eū cōtra romanos aucto
rē teneant: vn̄ conſequēter q̄rūt: Licet nobis dare tributū
ceſari: an nō: Erat enim in populo magna ſeditio: dicenti
bus alijs ꝓ ſecuritate q̄ romani pro omnib⁹ militabāt: de
bere tributa pſolui: phariſeis cōtradicentibus nō debe
re populū dei q̄ decimas ⁊ primitias daret: humanis le
gibus ſubiacere. THEO. Intēdebant ergo ꝙ ſi diceret
oportere dari cenſu; ceſari: criminaret a pplo q̄ſi ſeruitu
ti ſubijciēs gentē. Si vero prohiberet cenſu; reddere: eū
repreſentarent vt ſciſmaticū preſidi. Ipſe v̄o laqueos eo
rū effugit. Sequitur.n. Cōſiderās aūt dolū eoꝝ dixit ad
eos. Quid me tētatis: Oſ̄dite mihi denariū cui⁹ h; ima
ginē ⁊ ſuperſcriptionē. AM. Docet h̄ loco dn̄s circūſpe
ctos nos i r̄ndendo aduerſus hereticos vl̄ iudeos eē de
bere: ſicut alibi dixit: Eſtote aſtuti ſicut ſerpētes. BED.
Qui aūt putāt interrogationē ſaluatoris ignorantiam eē:
diſcant ex p̄nti loco ꝙ potuerit ſcire ieſus cui⁹ imago eēt
i nūmo: ſed interrogat: vt ad ſermonē eoꝝ cōpetenter re
ſpondeat. Sequitur.n. R̄ndentes dixerūt: Ceſaris. Non
putem⁹ ceſarē auguſtū: ſed tyberiū ſignificari. Oēs.n. ro
mani reges a p̄mo. C. Ceſare. Ceſares appellati ſunt. Ex
eoꝝ aūt reſponſione conuenienter dn̄s q̄onē ſoluit. Seq
tur.n. Et ait illis: Reddite ergo que ſunt ceſaris ceſari: ⁊ q
ſunt dei deo. TY. q. dicat verbis tentatis. operib⁹ obe
dite. ſubijſtis ceſaris ſeruitutē: ſuſcepiſtis que eius ſunt.
Date ergo illi cenſu;: deo timorē. Non enim exigit deus
denariū: ſed fide;. BEDA. Reddite etiā deo que dei ſūt
decimas. ſ. primitias: oblationes: ⁊ victimas. THEO.
Et attende ꝙ non dixit: Date ſed reddite: debitū eni ē: tue
tur enim te princeps tuus ab hoſtibus: vitā tuam reddit
tranquilla;. pro his ergo teneris ei in cenſu. Sed ⁊ hoc
ipſum quod offers: nūmiſma. ſ. ab eo habes. Reddas er
go nūmiſma regiū regi. Deus ēt tibi tradidit itellectum ⁊
rationē: reſtituas hoc ei non comparatus beſtijs: ſed i oī
bus rationabiliter procedens. AM. Tu ergo ſi vis nō
eſſe obnoxius ceſari: noli habere que mundi ſunt. Et be
ne prius que ceſaris ſunt reddenda diſcernit. neq;.n. pōt
quis eſſe domini: niſi prius renunciauerit mūdo ꝙ gra
uia vincula ꝓmittere deo ⁊ non ſoluere. maior eſt cōtra
ctus fidei ꝙ pecunie. ORI. Habet aute; locus iſte aliq̄d
myſtici. Due enim ſunt imagines in homine. vna quā ac
cepit a deo: altera inimici. Sicut eni denarius habet ima

ginem imperatorum mundi: ſic qui facit opera tenebrarū
portat imaginem eius cuius habet opa. Dicit ergo. Red
dite que ſunt ceſaris ceſari: hoc eſt: Abijcite terrenā imagi
nē vt poſſitis vobis imaginē celeſtē iponentes reddere q̄
dei ſunt deo: vt. ſ. deū diligam⁹ ⁊c. q̄ vt moyſes dicit de⁹
requirit a nobis. Poſtulat autē a nobis deus: nō quia ne
ceſſariu; habet vt ei aliquid tribuam⁹: ſed vt poſtq̄ ei de
derim⁹: hoc ipſum nobis tribuat in ſalutē. BEDA. Qui
autem credere debuerant ad tanta; ſapientiā mirati ſunt
ꝙ calliditas eorum inſidiandi non inueniſſet locum. vn̄
ſequitur: Et non potuerunt verbum eius reprehēdere co
rā plebe ⁊ mirati in reſponſo eius tacuerunt. THEO.
Hoc enim erat quod precipue intendebant: increpare eū
coram populo: quod obtinere nequierunt propter ſapien
tiſſimam eius reſponſionem.

Acceſſerunt aūt quidā ſaduceorū qui negant
eē reſurrectione; ⁊ interrogauerūt eum dicentes.
Magiſter moyſes ſcripſit nobis: ſi frater alicuiuſ
mortuus fuerit habēs vxorē ⁊ hic ſine liberis fue
rit vt accipiat eā frater eius vxorē ⁊ ſuſcitet ſemen
fratri ſuo. Septem ergo fratres erāt: ⁊ primus ac
cepit vxorē ⁊ mortuus eſt ſine filijs. Et ſequēs ac
cepit illā ⁊ ipſe mortuus ē ſine filio. Et tertius ac
cepit illā: ſimiliter ⁊ omnes ſeptē ⁊ nō reliquerunt
ſemen: ⁊ mortui ſunt. Nouiſſime omniu; mortua
ē ⁊ mulier. In reſurrectione ergo cuius eorū erit
vxor: Siquidē ſeptē habuerūt eā vxorem. Et ait
illis ieſus: Filij huius ſeculi nubūt: ⁊ tradūtur ad
nuptias: illi vero qui digni habebūtur ſeculo illo
⁊ reſurrectione ex mortuis: neq; nubunt neq; du
cunt vxores: neq; vltra mori poterunt. Equales
enim angelis ſunt ⁊ filij ſunt dei: cum ſint filij reſur
rectionis. Quia vero reſurgant mortui: ⁊ moyſeſ
oſtēdit ſecus rubū: ſicut dicit dominū deū abraa;
⁊ deū iſaac ⁊ deum iacob. Deus autē nō eſt mor
tuorum ſed viuorum. Omnes enim viuūt ei: Re
ſpondentes autē quidam ſcribarum dixerunt ei.
Magiſter bene dixiſti. Et amplius non audebāt
eum quicq̄; interrogare.

BEDA. Due erant hereſes in iudeis: vna phariſeoru;
qui traditionum ⁊ obſeruationū ſibi iuſticia; preferebāt
vnde ⁊ diuiſi vocabantur a populo. Altera ſaduceorum
q̄ interpretant iuſti: vendicantes ſibi quod non erāt. Illiſ
ergo abeuntibus hi ad tentandū accedunt. vnde dicit: Ac
ceſſerunt aūt qui. ſaduceorum qui negant eē reſurrectio
nem. ORI. Saduceorū hereſis non ſolū reſurrectione;
mortuorū negat: ſed etiam putat animā interire cum cor
pore. Hi ergo verbis ſaluatoris inſidiantes: eo tempore
queſtionē propoſuerunt quo eum viderūt de reſurrectio
ne docere diſcipulos. vnde ſequit: Et interrogauerunt eū
dicentes: Magiſter ſcripſit nobis moyſes: Si frater ali
cuius mortuus fuerit habēs vxorem: ⁊ hic ſine filijs fue
rit: vt accipiat ea; frater eius in vxorem ⁊ ſuſci. ſe. fratri
ſuo. AM. Secundū legis litterā nubere cogitur ēt inita
vt defuncti ſemen excitet frater. ſpūs aūt magiſter eſt ca
ſtitatis. THEO. Saducei autē fragile fundamentū ſub
ſtituentes: non credebāt reſurrectionis ſermonem. Opi
nantes enim carnalem eē futurā vitā in reſurrectione me
rito fallebantur. ⁊ ideo tanq̄ impoſſibile calumniantes
dogma reſurrectionis: fingunt hanc narrationem dicen
tes: Septē ergo fratres erant: ⁊ primus accepit vxorem ⁊
mortuus eſt ſine filijs. ⁊ ſequens accepit illam: ⁊ mortu⁹
eſt ſine filio. ⁊ tertius accepit illā: ⁊ ſimiliter oēs ſepte;. ⁊

nõ reliquerunt ſemen: ⁊ mortui ſunt. Nouiſſime autẽ oĩuꝫ
mortua ẽ ⁊ mulier. BEDA. Hanc fabulã confingunt: q̃
deliramẽtũ arguat eos qui reſurrectionẽ aſſerũt mortuo-
rũ. Turpitudinem ergo fabule opponunt: vt reſurrectio-
nis denegent veritatẽ. vñ ſubditur: In reſurrectione ergo
cuius eoꝝ erit vxor. ſiquidẽ ſeptẽ habuerũt eam vxorem
AM. Myſtice hec mulier ſynagoga ẽ: que ſeptem viros
habuit: ſicut dicitur: Samaritane: quinqꝫ viros habuiſti
Quia ſamaritana tm̃ q̃nqꝫ libros moyſi: ſynagoga ſeptẽ
ſequit̃ principaliter: ⁊ de nullo propter perfidiam ſuã he
reditarie p̃tatis ſemen accepit. ⁊ ideo partẽ cũ viris ſuis
in reſurrectione habere non potuit: qꝛ ſpiritale preceptuꝫ
ſm̃ ſenſum carnis inuertit. no. n. frater carnalis aliq̃s de-
nunciat᷒ ẽ qui ſemen fratris ſuſcitaret defuncti. ſed ille de
mortuo populo iudeorũ: ſapientiam ſibi diuini cult᷒ aſ-
ſciſceret i vxorẽ: atqꝫ ex ea ſemen in apoſtolis ſuſcitaret:
q̃ quaſi defunctorũ reliquie iudeoꝝ: informes adhuc i ſy
nagoge vtero derelicti: ſm̃ electionẽ gratie reſeruari noui
ſeminis admixtione meruerunt. BEDA. Siue ſeptẽ hi
fratres reprobis congruunt: q̃ per totã huius ſeculi vitã
que ſeptẽ diebus voluitur a bonis opib᷒ ſteriles exiſtunt
quibus iunctim morte prereptis ad vltimũ ⁊ ipſa mun-
dana cõuerſatio quaſi vxor infecũda trãſibit. THEO.
Domin᷒ aũt oſtendens reſurrectionẽ non eẽ futura cõuer
ſationẽ carnalẽ: eorũ dogma euulſit ſimul cũ fragili fũda
mento. vnde ſequitur: Et ait illis ieſus: Filij hui᷒ ſeculi nu
bunt: ⁊ traduntur ad nuptias. AVG. de que. euã. Quia
cõnubia propter filios: filij propter ſucceſſionem: ſucceſ-
ſio propter mortẽ. vbi ergo mors non eſt: neqꝫ cõnubia.
vnde ſequitur: Illi vero qui digni habebuntur ſeculo il-
lo ⁊ reſurrectione ex mortuis: neqꝫ nubunt: neqꝫ ducunt
vxores. neqꝫ. n. vltra mori poterunt. BEDA. Quod nõ
ita intelligendũ ẽ quaſi ſoli digni vel reſurrecturi vel ſine
nuptijs futuri ſint: ſꝫ oẽs ẽt pctõres reſurrecturi: ⁊ abſqꝫ
nuptijs ſunt in ſeculo illo manſuri. Dominus aũt vt ad re
ſurrectionis gloriã inquirendam animos incitaret: de ele
ctis tm̃ voluit facere ſermonẽ. AVG. de que. euan. Si-
cut aũt nunc ſermo noſter decedentib᷒ ⁊ ſuccedentib᷒ ſyl
labis peragit̃ atqꝫ perficit̃: ita ⁊ ipſi homines quorũ ſmo
ẽ: decedẽdo ⁊ ſuccedendo peragũt atqꝫ perficiunt ordinẽ
huius ſeculi qui tẽporali rerũ pulchritudine contexitur.
In illa aũt vita q̃ñ verbũ dei quo fruemur: nulla deceſſio
ne atqꝫ ſucceſſione ſyllabaꝝ cõplet̃: ſed omnia que habet
ſemꝑ manẽdo ſimul habet: ita participes eius quib᷒ ipſꝫ
ſolũ erit vita: neqꝫ moriẽdo decedent: neqꝫ naſcendo ſuc
cedent: ſicut nũc ẽ in angelis. vnde ſequitur: Equales. n. an
gelis ſunt. CIRYL. Sicut. n. multitudo angeloꝝ pluri-
ma quidẽ ẽ: non aũt propagata per generationem: ſed ex
creatione conſiſtens: ita ⁊ his qui reſurgũt non ẽ op᷒ vlte-
rius nuptijs. vñ ſequit̃: Et filij dei ſunt cũ ſint filij reſurre-
ctionis. THEO. q. d. Quia deus ẽ qui operatur in re-
ſurrectione: merito dicuntur dei filij qui per reſurrectio-
nẽ regenerãtur. non enim aliquid carnale in reſurgentiuꝫ
generatione conſpicitur: nõ coitus: non matrix: non par-
tus. BEDA. Uel equales angelis ⁊ filijs ſunt dei: quia
gloria reſurrectiõis innouati: ſine vllo mortis metu: ſine
vlla labe corruptionis: ſine vllo terreni ſtatus actu: perpe
tua dei viſiõe fruimur. ORI. Sed quia dominus i mat
theo dicit qđ hic pretermittitur: Erratis: neſciẽtes ſcriptu
ras. ꝓpono ſcripturã vbi ſcriptũ ſit: Neqꝫ nubẽt neqꝫ nu-
bentur. Quãtũ. n. ego eſtimo: neqꝫ in veteri neqꝫ in nouo
teſtamẽto quicq̃ tale reperit̃. ſed oĩs eoꝝ error de ſcriptu
re lectione quã non intelligunt ſurrepſit. Dicitur. n. i iſaia
Electi mei bibẽt. ⁊ putãt hec ⁊ ſimilia futura eẽ in reſurre
ctione. Paulus aũt oẽs has benedictiões ſpiritaliter in-
terpretans ⁊ ſciens nõ eẽ carnales: ad epheſios dicit: Be
nedixiſti nos in oĩ benedictione ſpiritali. THEO. Uel
dñs rõnis ſuprapoſite ſcripture teſtimoniũ addit ſubdẽs
Quia vero reſurgãt mortui: ⁊ moyſes oñdit ſecus rubũ

ſicut dicit dñm deũ abrahã ⁊ deuꝫ iſaac ⁊ deũ iacob. q. d.
Si ſemel redierunt in nihilum patriarche ne viuerent
apud deũ in ſpe reſurrectionis non dixiſſet: Ego ſuꝫ: ſed
fueraꝫ. Conſueuimus enim de rebus corruptis ⁊ preteri
tis dicere: Erã dñs illius rei. nũc vero quoniã dixit: Ego
ſuꝫ. oñdit ꝙ viuentiũ ẽ de᷒ ⁊ dñs. ⁊ hoc ẽ quod ſubditur:
De᷒ aũt nõ ẽ mortuorũ: ſed viuorum: oẽs enim viuũt ei.
Quãuis eniꝫ exanimes ſunt: viuunt tñ apud deuꝫ in ſpe
reſurgendi. BEDA. Uel hoc dicit: vt cũ probauerit aĩas
ꝑmanere poſt mortẽ: qđ ſaducei negabant: conſequẽs intro
duceret ⁊ corporũ reſurrectio: que cũ animab᷒ bona ma
laue geſſerunt. Eſt aũt vera vita qua iuſti deo viuunt: etiã
quãdo corpore moriuntur. Ad cõprobãdã aũt reſurre-
ctionis veritatẽ: multo manifeſtioribus exemplis ex pro
phetis vti valuit: ſed ſaducei quinqꝫ tm̃ libros moyſi reci
piebant: ꝓphetarũ vaticinia reſpuentes. CHRY. Sicut
aũt ſancti cõmunẽ orbis dñꝫ ſibi appropriant: non dero
gantes eius dominio: ſed proprium affectum pandẽtes:
ſcõm morẽ amantiũ qui nõ patiũtur cũ multis diligere: ſꝫ
volunt precipuã ⁊ ſpecialẽ quãdã dilectionẽ exprimere:
ſic ⁊ deus ſpecialiter ſe horũ deũ dicebat: nõ coartãdo ſu
uꝫ dominiũ: ſed ampliãdo. Non. n. ſic multitudo ſubdi
torũ: ſicut virt᷒ famulãtiũ pandit ei᷒ dñiũ. vñ non ſic gau
det dici deus celi ⁊ terre: ſicut cũ dicitur: Deus abrahã: de
us iſaac: ⁊ de᷒ iacob. Et apud mortales quidẽ a dominis
denominant̃ famuli. Dicim᷒ enim: Uillicus talis ducis.
ecõtrario aũt deus dicitur abrahe. THEO. Confutatis
aũt ſaduceis: fauẽt ieſu ſcribe tanq̃ ſaduceoruꝫ oppoſiti.
vñ ſequit̃: Reſpondẽtes aũt quidã ſcribarũ dixerũt: Ma
giſter: bene dixiſti. BEDA. Et qꝛ in ſermonib᷒ cõfutati
ſunt: vltra non interrogãt. vñ ſequit̃: Et amplius non au-
debant eũ quicq̃ interrogare: ſed cõprehenſuꝫ romane
tradũt poteſtati. Ex quo intelligim᷒ venena inuidie poſſe
quidẽ ſuperari: ſed difficile conquieſcere.

Dixit autez ad illos: Quomodo dicunt chri
ſtum filium eſſe dauid: ⁊ ipſe dauid dicit in libro
pſalmorum: Dixit dominus domino meo ſede a
dextris meis: donec ponam inimicos tuos ſcabel
lum pedum tuorũ: Dauid ergo dominum illum
vocat: ⁊ quomodo filius eius eſt.

THE. Quãuis dñs ad paſſionẽ erat itur᷒ in breui: pre
dicat propriã deitatẽ: nec hoc tñ incaute aut arroganter:
ſed modeſte querit. vñ dicitur: Dixit aũt ad illos: Quõ di
cunt chriſtũ filiũ dauid eẽ. AM. Nõ reprehẽdũtur hoc
loco: qꝛ dauid filiũ confitent̃: qꝛ cecus ille dauid filiũ con
fitẽdo meruit ſanitatẽ. Et pueri dicentes: Oſanna filio da
uid. precelſe predicationis gloriã deo deferebant: ſed re
prehendũtur: qꝛ non credunt filiũ dei. vñ ſubdit: Et ipſe
dauid dicit in libro pſalmoꝝ: Dixit dominus dño meo
Et pater dñs: ⁊ fili᷒ dñs: ſꝫ nõ duo dñi: ſed vnus eſt dñs
qꝛ pater in filio ⁊ filius in patre. Ipſe ad dexteraꝫ patris
ſedet: qꝛ patri cõſors: nulli ſcõus eſt. Sequitur. n. Sede a
dextris meis. Nec prefert̃ qui ad dextrã ſedet: nec iniuri-
aꝫ patitur qui admittit̃. gradus nõ querit̃ dignitatis: vbi
plenitudo eſt diuinitatis. AVG. de ſymbolo: Seſſione
aũt iſta nõ accipiam᷒ humanis mẽbris poſitũ: tanq̃ pat̃
ſedeat in ſiniſtra: ⁊ fili᷒ ſedeat ad dextrã: ſed ipſaꝫ dextrã
intelligam᷒ poteſtatẽ quã accepit ille homo ſuſcept᷒ a deo
vt veniat iudicaturus q̃ primo venerat iudicandus. CI-
RYL. Uel ꝙ ſedet ad dextrã patris: ſupernã eius gloriã
probat: nã quorũ ẽ tronus equalis ⁊ maieſtas. Seſſio ve
ro in deo ſignificat regnũ ⁊ omniũ poteſtatem. Sedet er-
go a dextris dei patris: qꝛ verbuꝫ ex paterna ſubſtantia
ꝓdiens: factũ caro: diuinã nõ exuit dignitatẽ. THE. Ma
nifeſtat ergo ꝙ aduerſarius patris non ẽ: ſed ſecũ cõcor-
dat: cũ pater repugnet aduerſarijs ei᷒. Sequitur. n. Do-
nec ponã inimicos tuos ſcabellũ pedũ tuorũ. AM. Er-

go ⁊ dcum

go ⁊ deuʒ chriſtū ⁊ hominem eſſe credamus: cui a patre ſubijciuntur inimici: nō per infirmitatē poteſtatis ſue: ſed per vnitatē nature: q₂ in altero alter operatur. nā ⁊ filius ſubijcit inimicos patri: q₂ patrē clarificat ſuper terram. THEO. Querit ꝗ̃ ipſe: ⁊ mota dubitatiōe finit illos colligere quid ſequat. vñ ſubdit: Dauid ergo dominum illuʒ vocat ⁊ quō filius eius ē. CHRY. Dauid quidē pater chriſti ⁊ ſeruus: hoc quidē ſm carnem: illud ſcðm ſpiritū. CIRYL. Et nos ergo nouis phariſeis qui nec verū dei filiū: neq₃ deū eē fatentur: natū ex ſacra virgine: ſʒ diuidūt vnū filiū i duos: talē obiciemus queſtionē: quo pacto filius dauid dñs ei⁹ ē: ⁊ nō humano dominio: ſʒ diuino.

¶ Audiente autem omni populo dixit diſcipulis ſuis: Attēdite a ſcribis qui volunt ambulare in ſtolis: ⁊ amant ſalutationes in foro: ⁊ primas cathedras in ſynagogis: ⁊ primos diſcubitus in cōuiuijs. Qui deuorant domos viduarum: ſimulantes longam orationeʒ. Hi accipient damnationeʒ maiorem.

CHRY. Nihil autem ē fortius ꝙ̃ ex prophetis diſputare. hoc eniʒ ē ⁊ ipſis rebus validius: nā chriſto faciente miracula contradicebant multotiēs. cū vero allegauit prophetiā tacuerunt: q₂ non habebāt quid dicerent. Eis aūt tacentib⁹ contra eos inuehitur. vnde dicitur: Audiēte aūt omni pplo dixit diſcipulis ſuis. THEO. Quia enim eos orbis doctores mittebat: merito monet non eē eis imitandā phariſeorū ambitionē. vnde ſequitur: Attēdite a ſcri. qui volunt ambu. in ſtolis. BEDA. i. cultioribus veſtimentis induti ad publicū procedere: in quo inter cetera diues peccaſſe deſcribit. CIRYL. Paſſiones āt erant ſcribarū: amor glorie inanis ⁊ lucri. vt igit taʒ peſſima crimina euitarent diſcipuli: cōmonet eos ſubdēs: Et amant ſalutationes in foro. THEO. Quod eſt a blandientib⁹ venantiū opinionē fame. vel agunt hoc cauſa cōgregāde pecunie. Sequit: Et primas cathe. in ſyna. ⁊ primos diſcubit⁹ in cōuiuijs. BEDA. Non primos ſedere vel diſcūbere vetat eos quib⁹ hoc officij ordine cōpetit: ſed eos qui hoc indebite amant docet eſſe cauendos: animū vel gradū redarguens: quāuis ⁊ hoc culpa nō careat. ſi iidē in foro litibus velint intereſſe: q̄ in ſynagoga magiſtri deſiderant appellari. Duplici auteʒ rōne a vane glorie cupidis attendere iubemur: ne vel eorū ſimulatione ducamur eſtimantes bona eē que faciunt: vel emulatione inflamemur: fruſtra gaudentes in bonis laudari que ſimulant. Non ſolū aūt laudes ab hominib⁹ ſed ⁊ pecunias querūt. Sequitur. n. Qui deuorant domos viduaruʒ ſimulantes lōgā orationē. Iuſtos. n. ⁊ magni meriti apud deū ſe ſimulantes. ab infirmis ⁊ peccatorū ſuorū conſcientia turbatis. q. patroni pro eis in iudicio futuri: pecunias accipere non dubitant. CHRY. Ingurgitantes ēt ſe viduarū bonis paupertatē atterunt non qualitercūq₃ comedentes: ſed deuorantes ⁊ ad prauitatem oratione vtētes: qð grauiori pena facit eos obnoxios. vnde ſequit: Hi accipient maiorē dānationē. THEO. Quia non ſolum mala faciunt ſed ⁊ orationes pretendūt: ⁊ virtutem faciunt prauitatis excuſationē. Viduas ēt depauperant quarū oportebat miſereri: qū ob ſui preſentiā eas cogūt exponere. BEDA. Vel quia laudes ab hominib⁹ ⁊ pecunias q̄rūt: maiori dānatiōe plectūtur. CA. XXI.

Reſpiciens autem vidit eos qui mittebant munera ſua in gazophylatium diuites. Vidit autem ⁊ quandā viduam pauperculam mittentē era minuta duo. Et dixit: Vere dico vobis: q₂ vidua hec pauper pluſq₃ oēs miſit. Nam omnes hi ex abundanti ſibi miſerunt in munera dei: hec aūt ex eo quod deeſt illi omnem victū ſuū quē habuit miſit.

GLO. Poſtꝙ̃ dñs redarguit ſcribarum auariciam: qui domos viduarū deuorabant: cōmendat vidue elemoſynā. vnde dicitur: Reſpiciens autē vidit eos qui mittebāt munera ſua in gazophylatium diuites. BED. Quia ſermone greco philaxe ſeruare dicitur: ⁊ gaza ligua perſica: diuitie vocantur: gazophilatiū loc⁹ appellari ſolet quo diuitie ſeruant. Erat aūt archa foramē habens deſuper poſita iuxta altare ad dextram ingredientib⁹ domū domini in quaʒ mittebant ſacerdotes qui cuſtodiebant oſtia oēʒ pecuniā que deferebatur ad templū domini. domin⁹ aūt ſicut operantes in domo ſua diſcutit: ita ⁊ dona ferentes reſpicit: ⁊ quē dignū viderit laudat: quē reprobū dānat. vnde ſequitur: Vidit aūt ⁊ quandā viduā pauperculam mittentem era minuta duo. CIRYL. Duos obolos offerebat quos cū ſudoribus ad diurnū victū acquiſierat vel que quotidie p aliena poſcit ſuffragia deo donat oſtēdens ei ſuam paupertatē fructiferā. vincit igitur alios et iuſta cenſura coronat a deo. vnde ſequit. Et ait illis: Vere dico vobis: quia vidua hec pauper pluſꝙ̃ oēs miſit. BEDA. Acceptabile. n. ē deo quicquid bono aīo obtulerimus: qui cor ⁊ non ſubſtantiam penſat: nec perpēdit quantum in eius ſacrificio: ſed ex quanto proferatur. vñ ſequit: Nam oēs hi ex abūdanti ſibi miſerunt in munera dei. hec aūt ex eo quod illi deeſt: oēm victū quem habuit miſit. CHRY. Non enim paucitatem oblati: ſed copiā affect⁹ intuit⁹ eſt deus. Non eſt elemoſyna ex plurib⁹ pauca ipēdere: ſed illud vidue que totā ſibi euacuauit ſubſtātiā. ꝙ ſi nequis tm̄ offerre ſicut ⁊ vidua: offer ſaltē totum ſuperfluum. BEDA. Myſtice aūt diuites qui in gazophylatiū munera mittebant: ſignificāt iudeos de iuſticia legis elatos: vidua pauper eccleſie ſimplicitatē que paupercula vocatur: quia vel ſuperbie ſpiritū vel peccata tāꝙ̃ mūdi diuitias abiecit: vidua vero q̄a vir eius pro ea mortē pertulit. hec in gazophylatiū duo era minuta mittit: quia in conſpectu dei apud quem noſtri operis oblationes conſeruantur: munera ſua defert ſiue dilectionē dei ⁊ proximi: ſiue fidei ⁊ orationis que cunctis ſuperboruʒ iudeorū operib⁹ preſtant. Ex abundanti enim in munera dei imittunt iudei qui de iuſtitia ſua preſumunt. Eccleſia autē omnē victum ſuū mittit: q₂ oē quod viuit: dei eē muneris intelligit. THEO. Vel vidua pōt itelligi quelibet anima: orbata quaſi primo viro priſtina lege: ⁊ nō digna copule verbi dei: que loco arre offert deo fidē ⁊ conſcientiā bonā. plus videtur offerre diuitibus in ſermone: ⁊ ſuperfluentibus moralibus gentiliū virtutib⁹.

¶ Et quibuſdam dicentibus de templo ꝙ lapidibus bonis ⁊ donis exornatum eſſet dixit: Hec que videtis venient dies: in quibus non relinquet lapis ſuper lapidem qui non deſtruatur. Interrogauerunt autem illum dicentes: Preceptor: Qñ hec erunt: ⁊ qð ſignū cū fieri incipient. Qui dixit Videte ne ſeducamini. Multi enim venient in nomine meo dicentes quia ego ſuʒ ⁊ tempus approp inquabit. Nolite ergo ire poſt illos.

EVSE. Quod ſpectanda forent. que pertinebant ad tēpli, ſtructurā manifeſtant hyſtorie: ⁊ huculq₃ quedā conſeruantur reliquie: quib⁹ percipiuntur que dudū erant fabricarū veſtigia. Sed dñs mirantib⁹ templi fabricas: ꝓmulgauit ꝙ in eo lapis ſuper lapidē nō maneret. Dicitur eniʒ: Et quibuſdā dicentib⁹ de tēplo ꝙ lapidibus boniſ ⁊ donis exornatū eſſet dixit: Hec que videtis venient dies in quibus non relinquet lapis ſup lapidē q̄ nō deſtruatur. Decebat eniʒ locū illū ꝓpter cultorū audaciā omodam